

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

16. Quomodo Demosthenem Cicero fuerit imitatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

**QVOMODO DEMOSTHENEM**  
Cicerofuerit imitatus.

CAPVT XVI.

**DEMOSTHENES.**

Demosth.  
exordium  
orat. de cor-  
rona.

Demosth. &  
Ciceronis  
exordia à  
precautione.

**P**ρέτον μὲν, ὁ ἀνὴρ Αθηναῖς, θεός εὐ-  
χειρὶ γάδισται τῷ πόλει, καὶ πάτερ οὐ-  
σιών τοῖς, ἐγαύοις ταῖς οὐσίαις τοῖς τοῦ θεοῦ  
γάνναι. Ἐπειδὴ περὶ τοῦ μηδεὶς ὑπὲρ οὐμῶν, καὶ δύ-  
μετροφαστορεῖται καὶ δόξης, τόποι παρεπονη-  
τοῦς θεοὺς οὐμῶν, μηδὲ τὸν οὐμεθλευκοτοι-  
σαδῆς, περὶ τῆς πᾶς αὐτῆς οὐμῶν δῆ.

Primum Deos & Deas precor, Athenienses,  
vt quantam ego benevolentiam erga Rēmpū.  
& vos vniuersos constanter habeo: tanta à vo-  
bis in hoc iudicio mihi tribuatur. Deinde, vt  
Dij, id quod maximè vos, restramque religio-  
nem, & gloriam rubebitur, in eam vos senten-  
tiā adducant, ne aduersarium, quomodo sim  
audiendus, in consilium adhibeatis.

**C I C E R O .**

Cicerone pro  
Murana.

Quod precatus sum à Dīs immortalibus,  
Iudices, more institutoque maiorum, illo die  
quo auspiciatō comitijs centuriatis L. Muranā  
Consulēm reuauitai, vt ea res mihi magistra-  
truique meo, populo plebique Romanæ bene-  
aque feliciter eueneret. Eadem precor ab iis dīs  
Dīs immortalibus, ob eiusdem hominis con-  
sularum, vñā cum salute obtinendum, vt ve-  
stre mentes arque sententiæ, cum populi Ro-  
manī voluntate suffragiisque consentiant, ea-  
que res vobis populoque Romano, pacem,  
tranquillitatem, otium, concordiamque affe-  
rat.

Vterque ordinat à preicatione. Demosthe-  
nes duo postulat, benevolentiam erga se ciui-  
tatis tantam quam habet in vniuersum po-  
pulum: Deinde, vt mentes Atheniensium, &  
in suam causam, & in populi gloriam inclinet.  
Non omnia uno exordio cōsequuntur est Tul-  
lius, ne imitatio nimis esset manifesta. Alterū  
addam exordium, vt quomodo vtrunque fuc-  
tit imitatus, ostendam: Idem ad Quirites, post  
reditum, sic incipit:

Quod precatus à loue Optimo Maximo, ce-  
terisque Dīs immortalibus, sum, Quirites, eo  
tempore, cum me fortunisque meas, pro vestrā

incolumitate, otio, concordiaque deuoui, vt si  
meas rationes vñquam vestrā saluti antepo-  
suistim, tempiternam pœnam sustinerem, mea  
voluntate suscepitam. Si & ea, qua ante gesse-  
ram, conferuandæ ciuitatis cauila gessem, &  
illam miseram profectionem vestrā salutis  
gratia suscepissem, vt quod odit scelerati ho-  
mines, & audaces in Rēmpub. & in omnes bo-  
nos conceptum, iam diu continent, id in me  
vnum potius, quam in optimum quæcumque, &  
in vniuerlam Rēmpub. deflecerat. Hoc in  
animo in vos, liberisque vestrōs failem, vt ali-  
quando vos, Patresque Conscriptos, Italiāq;  
vniuerſam memoria mei, misericordia, deside-  
riuimusque teneret.

**DEMOSTHENES.**

Οὐοῖς εὐχομενοῖς, καὶ πάτερ.

Hoc siccum. At Cicero illam preicationem *Compano-*  
magnificam reddit ex adiunctis, non modo *sur exordi-*  
*precatus nunc*, sed antea *precatus est More in- Demosth.*  
*Hiatoque Maiorum*, & hoc plus haber au- *Cicerone.*  
thoritatis (illo die, quo auspiciatō comitijs cē-  
turiatis L. Muranā Consulēm reuauitai,) *hoc religionis fuit, & felicitatis.*

Demosthenes ὅτινες εὐχοις ἔχον διατελε-  
τῆς πολεμησαστοῦνται, hoc mediocri stylo  
pertextum.

**C I C E R O .**

Longè magnificentius suam illam benevo-  
lentiam profulam ostendit, vt totus in affectū,  
& amorem trahisse videatur, non modo enim  
Fortunas pro Reip., incolumitate, otio,  
concordiaque deuoui, sed quod amariss est,  
optauit, (vt si suas rationes publicæ saluti an-  
teposuerit, tempiternam pœnam sustineret.)  
Non haec simplex Demosthenis benevolentia,  
sed amor ardenterissimus.

Demosthenes Τοταρίου ὄταρέου μοι πορ-  
νοῦ. Cicero non tantum benevolentiam pet-  
rit, sed, quod exulē, & calamitosum decue-  
rat, memoriam, misericordiam, desiderium.

Et Demosthenes, Επειδὴ τοι μάλιστα ὑ-  
πέρ ἡμῶν τὸ μερέας, οὐσιεῖται, καὶ δόξης, το-  
πορευονται τοὺς θεοὺς οὐμῶν.

Altera petitio, in quo uterque postulat iu-  
dicum mentes inclinare in ciuitatis gloriam,  
& fauorem suæ cauillæ.

Cicero haec longè disertius. Ut vestræ men-  
tes, arque sententiæ cum P.R. voluntate, suf-  
fragijs

fragis consentiant: eaque res vobis populoque Romano pacem, tranquillitatem, otium, concordiamque afferat. Nihil otiosè dictum: *Mētēs* in cognoscendo; *sententia* in decernendo: deinde optat pacem sine hoste, *tranquillitatem* sine turba & seditione: *otium* sine molestia & negotio, *concordiam* sine ullo dissidio. Et hæc omnia commemorauit, non *την δέξαν*, quia in eo erat Respub statu ob Catilinæ coniurationem, ut magis de salute quam de gloria cogitaret. Ad summum, quod ille dixit, *τὸν ὑπερικαὶς* iuris, religionis mentionem faciens, & pietatis; quanto hic illustrius? (Quod si illa sollemnis comitiorum precatio consularibus auspicijs consecrata, tantam habet in se vim & religionem, quantum Reipubl. dignitas postulat.) Deinde quomodo in animos blandè grauitaque simul infundit? (Quæ cum ita sint, Iudices, & cum omnis Deorum immortalium potestas, aut translatæ sit ad vos, aut certè communicata vobiscum; idem Consul eum vestra fidei commendat.)

Alius est in Philippicis locus, ubi uterque populum ad hereditatem gloriæ à maioribus relietam hortatur.

## DEMOSTHENES.

*Philippe. 3.* Υἱὸν οἱ πρόγονοι τῷ τῷ γέρας ἔχτησαν, ἐχατέλικον μὲν πολῶν, καὶ γελῶν, καὶ μεγάλων καθύπνεαν.

Hæc inchoata, apud Ciceronem perfecta.

(Morrem quidem omnibus natura proposita. Crudelitatem mortis, & dedecus, virtus propulsare solet, quæ propria est Romani generis, & feminis; hanc retinacit quo, Quirites, quam vobis tanquam hereditatem, maiores vestri reliquerunt.) Hæc grauia, & supra Demosthenis locum sententia: addit;

(Quanquam alia omnia incerta sunt, caducæ, nobilia. Virtus est vna altissimis defixa radibus, quæ nunquam villa vi labefactari potest, nunquam dimoueri loeo. (Hæc sententia dicta ad summum haget, à rebus gestis maiorum.

(Hac maiores vestri primum viuersam Italiam deciderunt, deinde Carthaginem exciderunt, Numantium euterrent, potentissimos Reges, bellicosissimas gentes in ditionem huius Imperij redegerunt.) Illæ sunt animorum faces Demosthenes cum tam latum haberet campum in Marathone, Xerxe, Mardonio, nihil eorum attrigit, quæ maximè hoc loco videbantur commemoranda.

Et quæ dicuntur in contemptum Philippi, διεῖσθαι Μακεδῶνα, num apud Ciceronem γεγόπερα;

Est igitur, Quirites, P.R. victori omnium gentium, omne certamen, cum excusore, cara Spartaco.

In oratione funebri uterque perorat Patheticos.

## DEMOSTHENES.

Οἰδὲ τοδιάμονες τῷ δικαιολογισμῷ τερψθεῖν ἡ ἀντίμικρη χρόνος τοῦ πολὺν, καὶ ἀπανταχθεῖν ἀγυρων καταληπτών, στήνει πᾶσις αὐτῶν ὄνομασι γραφίσονται, καὶ γονές εἰ τετρωντερίτελεσσοι γηρόβοροι τοτα, παρατηνούσι τῷ πενθῷ τὴν τέλεων εὐχέτεων ἔχοντες.

## CICERO.

O fortunata mors, quæ naturæ debita, patriæ est potissimum redditia. Vos vero patriæ natos iudico, quorum etiam nomen à Marte est; utidem Deus urbem hanc gentibus, vos huic urbi genuisse videatur. In fuga, sedam mors est in victoria, glorioſa. Etenim Mars ex acie fortissimum quemque pigerari solet.

Ere de consolatione proximorum.

Optima est hæc quidem consolatio parentibus, quod tanta reipublicæ præsidia genuerint: Liberis, quod habebunt domestica exempla virtutum: Cosiugibus, quod ijs viris erubent, quos laudare quam lugere præstabunt: Fratribus, quod in se ut corporum sic virtutū similitudinem esse confident.

Demosthenes parentibus tantum, & filiis; hic coniugibus & fratribus appositam largitur consolationem, & de militu mortuorum gloria.

## DEMOSTHENES.

Οὐδὲ γέρας τὰς ταῖς θάψεις δημοσίᾳ, κοινῶνται τοιαὶ τοι μόνοι τυρχάνεται ποδεστιδεῖοι μόνον οι ποιηταὶ τοῦ πολέμου, δῆλα γάρ ταῦτα ὅστε Ελλάδα χρή προσεπεσεῖ: σ. μετέπειδη δὲ καὶ οἰκουμένης τῷ πλεῖστον μέγε.

## CICERO.

At Cicero longè illustrius & παντοκρατορίζει per apostrophen ad mortuos.

Actum igitur præclate vobiscom, fortissimi, dum vixistis; nunc vero etiam sanctissimi milites, quod velut virtus, nec obliuione eorum qui nunc sunt, nec reticentia posteriorum

in se pulta esse poterit: Cum vobis immunitale monumentum suis penè manus, senatus populusque Romanus extinxerit.

Hæc longè grauiora, verbisque & sententijs magis excella: & de statu nouæ vitæ apud eas insulas, uterque magnificè.

## DEMОСТHENES.

Πᾶς οὐ χρὴ τὸν τελέαν εὐδαιμοναν νομίζεσθαι, οὐ τὸν πειράτην εἰσότας. Αντὶ τούτων τοῖς κατὰ διοῖς ἔργοι, τὸν αὐτὸν τάξιν ἔχοντας τοῖς πορτέοις ἀγαθοῖς ἀνέτινε τοῦ Μακάρων γένετο.

## CICERO.

Tractat per apostrophen continuam: quæ longè plus habet affectus.

Illi igitur impii, quos recidistis, etiam ad inferos penas parricidij luent. Vos vero, qui extremum spiritum in victoria effudistis, priorum estis sedem & locum consecuti.

Vterque improborum accusationem, hic Aeschini, ille Verris oblatam diuino consilio, Iudicibus proponit, quo eos ad vindicandum faciant, antiores.

## DEMОСТHENES.

In oratione. Τὸν δὲ τὸν ἡγεμόνα καὶ βέλτιον, καὶ τὸν διοίνους τοῦτον συνεισχόντα πάντα, τὸν τοῦτον τοῦτον τοῦτον, διοίνους τοῦτον τοῦτον, τοῦτον τοῦτον, τοῦτον τοῦτον.

Hæc ferme transuolant, antequam capiantur, quippe dicit existimare le, ea quæ in hac causa contigerunt, diuinæ ciuidem benevolentia erga ciuitatem esse indicia.

Cicerone longè excelsius:

Quod erat optandum maximè (Iudices) & quod unum ad inuidiam vestri ordinis infirmamque iudiciorum sedandam, maximè pertinebat.

Animaduertis, ut suspendit animos, ut erigit, & iam desiderio sciendi stimulat: deinde pergit:

Id non humano consilio, sed propè diuinus datum: atque oblatum vobis summo Reipubl. tempore videtur.

Discute singula, non tantum daturius, quasi ad possessionē, sed offertur in manus, & offertur non ab hominibus, sed à Dīs: quo deinde temere: Summo, hoc est, deposita prope hac Reiparte (ut ipse dixit) ad summum: Initio præmisit causam eximiām: huius benevolentiae ad inuidiam clarissimè ordinis, infamiam-

que iudiciorum sedandam: quod diu fuerat à bonis optatum. Hęc omnia magis sunt ponderis.

Vterque, ille contra Aristoeratem, hic pro Milone, rabeō Oretibis inveniunt, qua alius cædis ratio iusta confirmaretur.

## DEMОСТHENES.

Λογιζόμενοι ἃ ὅτι μητέ ταῦτα ἀπεκτονεῖν, ὁμολογῶν, τῶν δικαστῶν τούτων, ἀποφεύγειν, contra Aristotelem. Hogitomem.

## CICERO.

Itaque hoc (Iudices) non sine causa fictis fabulis doctissimi homines memoriae prodiderunt, cum qui patris uincendi cauilla matrem neceauerit, non solum diuina, sed etiam sapientissima Deæ sententia liberatum. Hoc grauius & numerous fuisse fabulos, ne videatur nisi hoc argumento, quod affert tanquam corollarium. Doctissimi homines conciluat auctoritatem dicto: Eum, prudenter taceti nomen, ne videatur istas fabulas Graecorum discutere gloriosus. Sic in Mutena, poeta nescio quis, (intime tamen nouerat,) patru uincendi cauilla, hoc fuit necessarium addere. Non si item diuina, [ali] scribunt humana; sed remanet semper contentio: Non solum diuina qualiber (sunt etiam Di, minorum,) sed Deæ sapientissima.

Vterque sententiosè dixit, de populi incōstantia & concionum suetibus.

## DEMОСТHENES.

Οὐλός αἰσθητότατη προστατεύει πάντων, καὶ δοκιμαστατορ, οὐαὶ τοι δακρύσκημα προστατεύειν, ἐστιν τούτη καθεύδειν οὐ μέν πάντει, διὸ ἀπῆλθε μέλει οὐδεὶς τοι. οὐδὲ μέλει οὐδεὶς.

Vulgus res omnium inconsideratissima atque imprudentissima: perinde enim atque in mari vagi fluctus, casu voluntur. Hic quidem aduenit aliud autem discedit. Nemo tempulit curat, sed ne meminit quidem.

Cicerone blandius, amantis, vberius:

Nihil est incertius vulgo, nihil obscurius voluntate hominum, nihil fallacius ratione tota comitorum. Quod enim fretum, quem Eupipum, tot motus, tantas & tam varias habet putatis agitationes fluctuum, quantas perturbationes, & quantos æstus habet ratio comitorum? Dies intermissus unus, aut nocte interposita, scep̄tē perturbat omnia, & totam opinionem parva nonnunquam commutat autarumoris. Scep̄tē etiam sine villa aperta cauila,

**causa sit aliud quam existimamus, aut non-nunquam ita factum esse, etiam populus ad-miretur, quasi vero non ipse fecerit.**

Vterque cum reum teneret convictum manifestis criminibus, ille Aristocratem, hic Verzem, excusationem reiecit, qua & haec alios esse cesse patroni dicebant.

## DEMOSTHENES.

Επιτίκανθεύοις δοκεῖ, καὶ σφόδρα θεατῶν  
αἴσι τιθέσθω δόλογός, ως γέγονε καὶ πρότερον  
τιτινάλμοις τικτάτα ψυχήστατα· οὐδὲ εἴτε  
πώποτε μη γετάναμις ἐπράχθη, σὺ τοῦτο  
μηνιάτω; Ιδία τέτοια διαφεύγειν σοι προσίκει, ἀλ-  
λά τοι μεταποιητοὶ πολύ μῆλοιο ἀλέσκεισθε γιατά-  
τα.

Ad hæc impudentissima videtur huiusmodi  
quæ assertur excusatio: Quod & talia prius de  
creta contigerint: neque enim, si quid tum eō  
tra leges commisum est, idque es imitatus, id-  
circo videris absolendus, sed eo magis con-  
gemmandus.

## CICERO.

(Quid igitur dicit fecisse alios? quid est hoc?  
verum criminis defensio, an comitatus exilio  
queritur?) Vides ut subtilius & ripponter De-  
inde: ut enim assertiar orationi tuae, defensio-  
nem tamquam nos probabo, potius enim te dam-  
nato, ceteris angustior locus improbitatis de-  
fendenda relinquetur, quam te absoluto, alij,  
quod audacissime fecerunt, recte fecisse existi-  
mentur.

Vterque vim & utilitatem legum magnifica exhortatione complexus est.

## DEMOSTHENES.

*In erat con-  
tra Arislog. Αλλὰ στὶς παῖδες δὲ τὸ πόλιον καὶ τὸ νόμον κόσ-  
μον φέρεται κατὰ τέτον τὴν τάσσεται σημαῖαν στα ρόπτες ὑ-  
μῶν θεωρεῖσθαι, λέγω γὰρ τὸν περιπτώτον οὐδὲν, εἰτ-  
εῖσθιον, ἀλλὰ πάντες ὑμεῖς τούτοις ὄμοιοι ἔμοι. εἰ γάρ  
τις ὑμένες εὐεργέτασσαν βέλεται τοι ποτὲ ιστὶ τὸ σύγχρονον,  
καὶ τόποιοι, τείνει βέλεται συμβέλεται, τὸ δὲ μόνον εἰς  
τοὔπερ κακοῦ ταῖς αναταξήσιν, τὰ δικαστήρια πληρ-  
ῶσαι, ταῖς ἐνας ἀρχαῖς ταῖς νέας ἐκδόσαις ὑπεικι-  
νοῦν, παντὶ ταῖς δὲ ταῖς πόλιες διοικεῖσθαι καὶ σώζεσθαι  
καὶ γενεῖσθαι ταῦς νόμος ἐνόπλους.*

Quod & longius prosequitur: ostendit igitur inductione facta: et ceterus: conciones: magistratus: foras: edita: omnia: legibus fieri.

Ciceroprov  
LITERATURA.

CICERO.

Cicero hoc ornatus, excelsum, gratius, (vt corpora nostra sine mente, sic ciuitas sine lege, suis partibus, & nervis, ac sanguine, memoris vti non potest:) Hoc graue & excitatum: (Legum ministri, magistratus: legum interpres, iudices: legum denique idcirco omnes serui sumus, vt liberi esse possumus:) Illud ornatum & acutum. Quod vltimò assertar ad inducitonem, urbanum & iuctundum est. (Quid est, quo ab te iudices tali dignitate praediti coercentur? Vos autem, iudices, quamobrem ex istam magna multitudine ciuitum, tam pauci de hominum fortunis sententiam fertis? Quo iure Attius, quid voluit, dixit? cur mihi tandem potestas dicendi datur?) Quid sibi autem illi scribis? Quid lictores quisque cæteri, quos apparet huic questione video? Voluit, opinor, hec omnia lege fieri; totumque hoc iudicium quādū mente quadam administrari, & regi.

Quædam porrò nennamquam tam claris imitationis lineamentis à Cicerone exprimuntur, ut ouū (quod aiunt) ouo non sit similius, quam hic suo exemplari: quanquam ad molliores orationis commissuras paucula verba aut, addit aut omitit, aut etiam mutat: Sic in oratione Cyri loquutus est Xenophon:

Οὐ γάρ πάτε τέτο γε ἀπαρτὸς δοκεῖται εἰ-  
ναι, ὃς οὐ καὶ ἐτοματηγόρει, ἀπειδὲν τὸ ἀνθρω-  
πίον τὸ τελευτήσωνδέδε γέρων τοι τὸν φυχὴν  
γεώργατε, ἀλλ' οἰς διεπαρτεῖται, τότες αὐτοὺς  
οὐδὲν κατατεωράπε.

### At Cicero:

(Nolite arbitrati, ô mihi charissimi filij, me  
cum à vobis discellero, nusquam, aut nullum  
fore, nec enim dum eram vobiscum, animum  
meum videbatis: sed eum esse in hoc corpore,  
ex ijs rebus quas grebam, intelligebatis: cun-  
dem igitur esse credite, etiam si nullum vide-  
bitis.) Sed hæc plentius cum ad vberem exem-  
plorum copiam deuenierimus; nunc & elo-  
quentia speciem, & oratoris personam con-  
formasse sufficiet; Sequentibus libris de ipso  
artificio opere pluribus Deo auspice dicen-  
dum erit.

*Finis libri tertij.*